



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XV. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Aichardus Deiparam privato studio colere non contentus, ut plures ad ejus amorem excitaret, Patri suo author fuit, ut templum & monasterium nongentorum Religiosorum capax in Deiparæ honorem à fundamentis ædificaret; in quo Aichardus Abbas factus uno die 150. è suis ad cælum transmittit. *SURIUS.* Etiam filii parentes cælo parere possunt.

S. Aicharde ora pro me Deiparam, ut clientem suum à peccato, id est malo malorum omnium gravissimo, à periculosis, in quibus lapsurum me vider, peccandi occasionibus defendat, ut recto tramite intrepidus per mortem æternitatis iter ingrediar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile, &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Addenda prius inchoatis 35. Ave MARIA.

Toto mentis affectu B. Virginis nos intercessionibus committamus, ut ipsa nos sedulâ prece commendare dignetur in cælis. *S. AUG. ser. 35. de Nat.*

Quæstio: Quâ die hebdomadæ nata sit in mundum B. V. ? v. *Caribus. l. 2. ho. 2. n. 8.*